

PROCANCELLARIVS
D. TRAVGOTT THOMASIVS
HEREDITARIVS IN ABTNAVENDORFF
SENIOR FAC. IVR. LIPS.

INAVGVRATIONEM
IVRIS VTRIVSQUE DOCTORIS
VIRI

PRAECLARISSIMI ET PRAENOBILISSIMI
CAROLI GOTTLIBII ANTONII
LAVBANO LVSATI

DIE III. NOV. MDCCLXXIV.
INDICIT.

De
Iure retinendi pignus in Concurſu Creditorum.

PROVINCIALE
D. THOMAS GOTTLIEB THOMASIVS
MAGISTRI
INVALENTIEM
PARIS VIVISQUE DOCTORIS
VIRI
BRACCARENSIS ET BRANNOBENSIS
CAROLI GOTTLIEB THOMASII
DIE IN NOV. MDCCXXXIV
INDICIT

Institutiones in Compendio





DE
IVRE RETINENDI PIGNVS IN CONCVRSV
CREDITORVM.



Cum Candidatus noster in Disputatione inaugurali iura *obstagii* explicauerit, cogitandi mihi de materia *programmatis*, quo illam commitari possem, in mentem venit *pignoris* doctrina. Sicut enim in obstagio debitor corpus suum obligat, instar pignoris, vt in certas aedes venire, nec inde, antequam creditorem soluerit, discedere velit; ita in *pignore* ipsa *bona* sua obligat; si creditori iusto tempore non satisfecerit. Veluti contractui *mutui obstagium*, ita et *pignus* conuentioni ex *mutuo* accedit. In eo autem saltem differentia conspicitur inter *obstagium* et *pignus*, quod illud nullam operetur hypothecam; hoc vero ius hypothecae efficiat. Plura superaddere supersedeo, solum *ius retinendi*

IV

tinendi pignus in Concurſibus Creditorum in praefenti tractaturus.

§. I.

In pignore duo iura concurrunt, alias ſibi maxime repugnantia, Ius in re, et ad rem.

Multos magnopere attentos tenet, quod *pignus* duo imprimis iura, ius nempe *in re*, et *ad rem* pariat; Cum tamen haec iura ſibi maxime opponantur, ſiquidem ei, qui *ius ad rem* habet, non ſtatim *ius in re*, et vice verſa, competat. Locator contra conductorem, emtor contra venditorem, Socius contra ſocium, mandans contra mandatarium gaudet quidem *iure ad rem*, minime vero *iure in re*. Ex dominio, ſeruitute, hereditate descendit quidem *ius in re*, non autem *ius ad rem*. Quae cum ita ſint, mirantur quidam ICI, quod in ſolo *pignore* haec duo ſibi maxime contraria iura concurrant, et ſorbrio quaſi vinculo ſefe contineant. Sed mirari deſinent, ſi acute perpendent, in *pignore* obuenerit, vel *factum*, nempe *promiſſionem ſecuritatis*, quae *ius ad rem* parit, vel *facultatem* de re in ſecuritatem data *diſponendi*, quae *ius in re* inuoluit. Quocirca recte omnino duplici in ſenſu ſumitur *pignus*, vel pro *Contractu*, quo quis ſe obligat ad *factum*, nimirum ad rem alteri in ſecuritatem mutui tradendam, vel pro *ſpecie iuris in re*, ſeu *facultate* de re aliena quoad ſecuritatem debiti *diſponendi*. Prior obligatio eſt *perſonalis tantum*, alterum *ius rem ipſam*, ſine reſpectu ad perſonam, afficit.

§. II.

Exulat ius, retinendi pignus, in Concurſu Creditorum.

Extra omnem dubitationis aleam poſitum eſt, quod creditor regulariter habeat *ius retinendi pignus*, donec ei de toto debito, tam quoad ſortem, quam quoad uſuras ſit

fit satisfactum l. 15. §. 5. D. de re iudic. Orto vero de bonis debitoris concursu, haec regula exceptionem patitur. Extradendum enim tunc pignus concursui, et creditum in Termino liquidationis indicandum est a Creditore, adeo, ut omissa hac professione, pro praeccluso habeatur, et ad extradendum pignus massae debitoris gratis, ac sine spe creditum suum recuperandi, tenetur, si sententia Locationis vires rei iudicatae obtinuit. Atque in hunc modum Fac. Lips. M. Maii 1766. sententiam tulit:

Das die K. Erben, den bey ihren Erblasser versetzten Pfischier-Ring, in Ansehung, das sie sich in Termino Liquidationis nicht gemeldet, folglich pro praecclusis zu achten, das Locations-Urtheil auch seine Krafft Rechts errichtet, nach Maassgebung der E. P. Tit. 41. §. 1. ohn-entgeltlich zur Concurs-Massa auszuliefern pflichtig. V. R. W.

§. III.

Licet enim de veritate huius sententiae dubitare quis possit, cum creditori, uti modo dictum, *ius retentionis* competat, donec debitum solutum sit, et debitori saltem *ius retinendi* id, quod creditor possidet, in salvo maneat, neuti-
quam vero *ius repetendi* pignus sibi arrogare possit, antequam debiti solutionem praestet. Adeoque Curator litis, cum non maiore iure gaudeat, quam ipse debitor communis, quem repraesentat, et cum quo pro vna persona habetur, facultatem minime habere videtur pignus a creditore ad massam concursus reuocandi, vel creditori obligationem imponendi, ut pignus ad massam concursus offerat, vel extradat, et solutionem creditae pecuniae expectet, cum

Rat. dub.

debitori saltem facultas reluendi, scilicet solutione mutui antea facta, relicta sit. Accedit tanquam palmarium, quod creditor pignus in Concurſu haud liquidans, certo certius declarat, *quod ius suum in pignore retinere velit, donec id a concursu reluatur.* Ius enim retentionis non solum contra debitorem, sed etiam contra concursum eius habet. Hinc in Fac. Wit. M. Dec. 1736. creditor pignoratius in Termino praetensionem suam postulandi negligens, pro praeccluso non habitus, sed adhuc admissus:

Dafs Bekkte N. N. bey dem K. Concurſe sich noch zur Zeit nicht versacumet, sondern es sind ihnen vermoege der E. P. O. Tit. 44. §. ult. die 120. Rthlr. Capital nach Befriedigung der ersten Classe aus der K. Concurſ - Massa schlechterdings zu bezahlen. V. R. W.

Rat. dec.

Rat. dec.

Dieweil die Rechte, das ein Pfandinhaber, das in Haenden habende Pfand, dem Concurſ freywillig ausantworten, und bey selbigen, ob der Curator dessen Einloesung vorrathsam oder nicht halte, anfragen sollte, nirgends anbefohlen, vielmehr die poenam praecclusi darauf setzen, folglich ein solcher Pfandinhaber des Curatoris Anspruch oder Anstellung der actionis pignoratiae directae gar wohl abwarten kan. l. 15. §. 5. de Re iudic. und dieses gemeine Recht in der E. P. O. Tit. 44. nicht aufgehoben worden. So ist &c.

§. IV.

Sed nisi omnia me fallunt, quaestio haec intricata vel ex eo statim decidi facili negotio potest, quod orto concursu omnes *particulares actiones et exceptiones* expirent,

et

et ad iudicium vniuersale, in quo allegandae et probandae veniunt, transmittantur. Iam vero *exceptio retentionis* creditori competens talis est farinae, vt ad eam allegandam et probandam in Termino per edictales citationes vocatus fuerit creditor. Quare si hanc liquidationem omiserit, negligentiae suae poenam, nempe praeclosurem luere debet, nec ex massa concursus aliquid praetendere potest, sed pignus gratis ei extradere obstrictus est, si sententia Locatoria, vbi non comparantes praecclusi sunt, vires rei iudicatae obtinuit. Et memini, non una vice, sed saepius in Fac. Lips. responsum esse:

Dafs Samuel N. des beschehenen Einwendens ohngeachtet, die zum Unterpfand habenden Baubegnadigungs-Quittungen zu H. Concurs-Massa ohnentgeltlich auszuantworten schuldig.

Rat. Dec.

Obwohl K. in denen Gedanken stehet, dafs er die von dem Gemeinde Schuldner als Pfand erhaltene Baubegnadigungs Quittungen zu der Concurs-Massa anders nicht, als gegen baare Bezahlung seines gethanen Darlehns auszuhaendigen schuldig sey, gestalten eines Theils ihm als Glaebiger das Ius retentionis daran zukomme, andern Theils dem Concurs weiter nichts als das Wiedereinloesungs Recht zustandig, keinesweges aber er berechtiget sey, die Ausantwortung derer verpfandeten Sachen ohne vorher erhaltene Bezahlung des Darlehns zu fordern, angesehen derselbe nicht mehr Recht, als der Schuldner gehabt, erlanget haben koennte, diesem hingegen blos das Ius reluendi zukomme, nicht aber, dafs er Creditor das Pfand ohne baare Befriedigung seines Darlehns ihm zu ueberliefern, berechtiget waere.

Den.

Dennoch aber und dieweil nach Maafsgebung der E. P. O. Tit. 41. §. 1. das Zurückbehaltungs-Recht bey denen Pfändern aufgehoben, und einem Creditori, das er sich an die Kaufgelder dererfelben gebührend halten könne, nachgelassen, dieses letzte aber anders nicht, als nach vorhergehender Ausantwortung derer verpfändeten Sachen und nach beschehener Liquidation in Termino Liquidationis geschehen kan, angesehen zu dem Ende dem Glaebiger in angeregten Proc. O. T. 44. gleich nach der ersten Classe seine Befriedigung angewiesen worden. Hiernaechst der Concurs, als ein Iudicium vniuersale alle particular Klagen und Exceptionen an sich ziehet, folglich daselbst alle Forderungen angegeben und bewiesen werden müssen, Mithin auch dem Creditori pignoratō um so viel mehr obliegt, seine praetensiones bey dem Concurs zu liquidiren, je deutlicher ihm die Worte der E. P. O. Tit. 41. §. 1. gebührend solches vorschreiben, welches, wenn es unterlassen wird, derselbe der Strafe der praeclosure sich unterwirft, und also ohne Erhaltung einiger Befriedigung das Pfand ausantworten mus; Diesemnach da K. bey diesem Concurs nicht liquidiret, das Locat. Urthel auch Rechtskraef-tig, der Herausgebung des Pfandes sich nicht verweigern kan. So ist &c.

§. V.

Continuatio
Rat. Dec.

Cui accedit, quod extraditio pignoris ad massam concursus ea de causa sit necessaria, vt illud vendi possit. De ipsa enim re in securitatem debiti data satisfactionem consequi debet Creditor. Vendi autem nequit pignus, si retinetur, eiusque extraditio denegatur. Vt taceam, liqui-

liquidationem pignoris in Termino liquidationis iniunctam esse creditori in ipsa Ordinatione Processus Sax. El. Recognita Tit. 41. §. 1. verbis expressis: *An die Kaufgelder sich gebührend zu halten, schlechterdings angewiesen werden.* Si enim ex pretio pignoris venditi suam satisfactionem consequi debent creditores, omnino hanc praetensionem in Termino indicandi adeoque liquidandi obstricti sunt. Iure itaque meritoque sublatum est per O. P. S. R. Tit. 41. §. 1. Ius retentionis pignoris in Concurfu creditorum, in Sax. El. Saluo ceteroquin iure pignoris, quoad securitatem debiti, quod nempe solutionem sui crediti de ipso pignore vendito expectandum habeat creditor. Satis enim ei iam in eadem O. P. S. R. Tit. 44. §. 2. prospexitum est, dum haec praetensio statim post primam classem prae omnibus aliis hypothecariis creditoribus locetur.

§. VI.

Longe cautius agunt ii creditores, qui loco Contractus pignoratitii, emtionis venditionis cum pacto de retrovendendo ineunt. Tunc enim si pretium iustum adest, rem ad massam concursus extradendi haud obligati sunt. Consecuti quippe sunt creditores dominium, et Concurfui saltem, vi pacti adiecti de retrovendendo, in saluo manet ius retuendi pro eodem pretio, quod solutum est. Sic Curator litis, agens contra Creditorem quendam, cui a debitore nomina (*Steuerscheine und Baubegnadigungs-Gelder*) cessa erant, ad extradenda ea gratis ad Concursum, repulsam tulit in Fac. Lipsi. 1766.

Cautela, ut emtio venditio cum pacto de retrovendendo ineatur. Tunc enim securior est creditor.

Nam a) rem ante solutionem crediti Concurfui restituere haud debet.

Dass Klägers Suchen nicht statt hat. V. R. W.

Rat. Dec.

*Obwohl dass die N. Erben, die in Haenden habenden Steuer-
scheine und Baubegnadigungs-Gelder zur Concurſ-Maſſa
auszuantworten verbunden waeren, indem ſie als ein pallirtes
mutuum anzusehen, und die Cessionem ob legem com-
missionis von keiner Gültigkeit sey, scheinen moechte.*

*Dennoch aber und dieweil die N. Erben eine wirkliche
Cession vor sich haben, so als eine emtio venditio nomi-
nis allerdings denen Rechten noch vor bestaendig zu achten,
zumal keine vsuraria prauitas dabey vorkommt, und bloß
die Euiction von dem Schuldner versprochen worden;
So ist.*

*Separatur enim Creditor, qui fundum a debitore commu-
ni cum pacto de retrouendendo emit a Concurſu, ſaluo
manente reliquis Creditoribus iure reluendi. Quare, cum
Creditor quidam, pratum cum pacto de retrouendendo
possidens, euentualiter pretium emti 300. thal. liquidaue-
rat, si ex iure reluendi conueniretur, in Fac. Lipſ. M.
Nou. 1761. ſententia Locationis incipiebat:*

*Dass wegen der an I. C. R. wiederkaeuſlich überlaſſener
Wiese, im Fall der Concurſ den von dem debitore vorbe-
haltenen Wiederkauf zu exerciren willens, weshalb die
Creditores binnen Saechſl. Friſt bey Verlust des ihnen dar-
an zusehenden Rechts, und des beneficij restitutionis in
integrum ſich zu erklæaren haben, ein Capital von 300
auszusetzen, und ſolches ſodann R. gegen Zurückgabe der
Wiese auszusahlen V. R. W.*

Imo

Imo *venditori* praedii sub pacto de retrouertendo permisum est, existente de bonis *emtoris* concursu vi dominii *vindicare* praedium, oblato tamen pretio emtionis. Hinc cum curator litis debitoris cuiusdam fundi sub pacto de retrouertendo a priuigno E. emti subhastrationem vrgeret, venditor E. vero contradiceret, sibi ius reluendi referuans, fundumque oblato pretio, quia morte emtoris contractus expirasset, et tempus relutionis in praedio sub pacto de retrouertendo possessio existeret, repetens, obtinuit in Fac. Lipsi. ao. 1757. optatam sententiam, nulla habita ratione exceptionum Curatoris litis quasi creditores, qui ius pignoris vel hypothecae haberent, rem ipsam in Concursu repetere non possent, sed solutionem suam a re vendita expectare deberent, cum ius Retractus et promissios in subhastrationibus allodialium ex dispositione O. P. S. R. Tit. 40. §. 3. cessaret.

Dafs mit Subhastration der von dem Gemeinde - Schuldner bisher wiederkaeußlich besessenen Erbschenke nicht zu verfahren, sondern es ist selbige von dem Concurs zu separiren und E gegen Erlegung der in dem Wiederkaufs - Contract fol. . . . bedungenen Wiederkauffs - Summe zur Concurs - Massa als sein Eigenthum zu verabsolgen, und bleibt ihm das von dem Gemeinde Schuldner zu fordern habende Kaufgeld nebst denen Zinsen bey dem Concurs zu liquidiren unbenommen. V. R. W.

§. VI.

Alterum emolumentum, quod creditor in re cum
 retrouertendo emta habet, in eo consistit, quod immu-
 nis

*Rationes
 haud reddere
 debet Credi-
 tor, de re cum*



*pacto de re-
trovendendo
emta.*

nis sit a reddendis rationibus de fructibus perceptis. Cum enim in pignore cum pacto antichretico accepto rationes sint reddendae, ne vsuraria prauitas exerceatur, si forsan fructus legitimum vsurarum modum transcenderent, et quotidie in Fac. Lipf. pronuntiari solet.

Es ist aber N. N. scilicet creditor von denen erhobenen Nutzungen der wiederkaeuflich verschriebenen Wiese Rechnung abzulegen und nach Vorschrift der ins Land 1746 ergangenen neuen 22 Decision die Uebermasse, so viel selbige die Zinssen zu 5 pro Cent übersteiget, der Concurs-Massa zu restituiren, oder solche nach Abzug derer bezahlten Onerum und Zinssen von dem Capital sich kürzen zu lassen schuldig. V. R. W.

Hoc tamen in emtione, sub pacto de retrovendendo cefar. Licet enim palliatum mutuum esse videatur, cum loco vsurarum fructus emtori sint concessi, nullas tamen rationes ab emtore praetendere potest Concurfus, quia nullo alio iure gaudet, quam sola reluendi facultate, restituto emtori pretio et summis meliorationis. Nam Decifio El. Sax. 22. huc applicari nequit, quia vnice agit de pignore cum pacto antichretico.

Hinc emtor a Curatore litis M. April. 1761. conuentus in Fac. Lipf. absolutariam obtinuit sententiam.

*Dieweil Klager in der Klage sol. ... selbst nicht abredig seyn kan, auch der sol. ... gerichtlich confirmirte Kauf mit mehreren besaget, das die tibellirte Wiese von Beklagten von 400 Rthlr. auf Wiederkauff verkauffet worden, Hin-
gegen*

gegen die im Jahr 1746. ins Land ergangene 22. neue Decision von denen Pfandweise überlassenen Grundstücken redet; So hat Klaegers auf Ablegung der Rechnung von denen erhobenen Nutzungen und Herausgabe des über die ordentlichen Jaehrlichen Zinsen steigenden Uebermaasses gerichtetes Suchen fol... nicht Statt. V. R. W.

Quae cum ita sint, maxime inter se differunt Contractus pignoris cum pacto antichretico initus, cum Contractu emti cum pacto de retrouendendo: siquidem in hoc exceptio usurariae prauitatis cessat, adeoque nec rationes de fructibus perceptis reddendae sunt, bene autem in illo, siquidem in pignore usus rei in creditorem non transit, ideoque fructus ex pignore percepti, siue naturales, siue ciuiles in ipsum debitum sunt imputandi, quatenus usurarum quantitatem excedunt, hincque de fructibus perceptis rationes sunt reddendae. Atque hunc in modum M. Nou. 1754. pronunciatum est in Fac. Lipsf.

Dafs Beklagter des geschehenen Einwendens ohngrachtet, und in Betracht, dafs Klaeger einen würcklichen Wiederkauf cum pacto de retrouendendo vor sich hat, folglich usuraria prauitas und die verlangte Administrations Rechnung, als welche sec. Dec. El. 22. de a. 1746. bloss von denen Pfandweise überlassenen Grundstücken zu verstehen, die libellirten 600 Rthlr. Kaufgeld Klaegern zu bezahlen schuldig. V. R. W.

Atque haec pauca sufficiant in praesenti de hoc pignore in Concursu Creditorum scripsisse. Nam aliud pignus suae diligentiae et doctrinae in hac Academia adhibitae hodie exhibet CANDIDATVS noster

CAROLVS GOTTLOB ANTON,

qui natus est anno saeculi huius LI. patre GOTTLOB ANTONIO mercatore, matre CHRISTIANA ROSINA RICHTERIA. Puer adhuc sexennis patre orbatu, maximam pietatem est expertus et matris, et deinde vitrici, GEORGII MICHAELIS GEROPPI, cuius benignitate ac liberalitate factum est, vt in Lyceo patriae institueretur publica disciplina BAVERI, GOEBELII, KOSCHII et BECKERTI. Quorum optimorum magistrorum instructione per sexennium vsus, anno LXX. ad artium et literarum Vniuersitatem Lipsiensem accessit, vbi inter ciues Rectore Magnifico BELLIO relatus est. Praeceptores frequentauit in philosophicis GARYVVM et PLATNERVM, in philologicis ANTONIVM, CLODIVM et REITZIVM, in historicis WENCKIYM et BOEHMIVM, cui pro summa in se beneuolentia gratissimum debet semper praestabit animum. Porro didicit Ius Canonicum a Viro summe Reuerendo HOMMELIO, a quo vt et a ZOLLERO et WILCKIO modum ex Act. Iudic. referendi hausit. In Iure Romano secundum ordinem Pandectarum Iure Canonico et Germanico ab ore SCHOTTII pependit. In reliquis Iurium doctrinis, Iure Naturae, Hist. Iur. Rom. Institution. Iure Feodali, Iure Publico vniuersali, tum particulari S. R. G. I. Iure Legatorum et Clientelari duces BIEDERMANNVM, BREVNINGIYM, RAVIYM et SAMMETVM elegit. Anno praeterito publica disputatione defendit Praef. SCHOTTIO, libellum a se conscriptum, de Testamentificatione
Lauba-

Laubanensi, ad quem libellum postea non nullas obseruationes edidit. Deinde ab Amplissimo Ordine Philosophorum iura Doctoris Philosophiae et Magistri Artium impetratus in Cathedram Philosophorum attulit *Diff. de dato Diplomatum Regum et Imperatorum Germaniae.*

Superatis nempe academicis vigiliis, dignitatem Doctoralem ab ordine nostro flagitauit, et nos hunc honorem ei recusare non potuimus, cum in duobus cum eo institutis examinibus pro Candidatura, et pro Licentia, quod rigorosum vocant, talem se praestiterit, vt iusto hoc elogio eum prosequi, iudicauerimus. Sicuti vero nihil amplius restat, quam vt publico etiam Auditorio de eius scientia constet; ita Die Mercurii, secundo Nouembris hora meridiana altera l. 20 C. de poenis, publica interpretatione explicabit et die sequenti tertio eiusdem mensis, disputationem solemnem de Obstagio sine Praefide tuebitur. Qua finita, Vir Reuerendus, Magnificus atque Excellentissimus Dominus D. FRIDERICVS ZOLLERVS, Cod. Prof. Publ. Ecclesiae Cathedralis Martisburgensis Capitularis, Curiae, quae Lipsiae floret, Supremae Prouincialis, vt et Iudicii Lusariae inferioris, nec non Facultatis Iuridicae Lipsiensis Assessor, Academicae Decemuir, Collega honoratissimus, vt Promotor, rite a me Procancellario delegatus, supremos in iure utroque honores et priuilegia, huic dignitati annexa, excepta saltem in nostrum Ordinem succedendi spe, maiorum in morem ei distribuet, et eum in hoc nomine Doctoris publice confirmabit.

Hunc itaque Actum inauguralem, VT MAGNIFICVS ACADEMIAE RECTOR, COMITES ILLUSTRIS-
SIMI,

Thm 28 Q


VIII

SIMI, VTRIVSQVE REIP. PROCERES, CIVES
denique generosissimi et nobilissimi sua praesentia ho-
noris plena illustriorem reddant, ea qua decet humani-
tate iterum iterumque peto. Dabam Lipsiae die triges-
mo Octobris MDCCLXXIV.

L I P S I A E

EX OFFICINA LANGENHEMIA.





PROCANCELLARIVS
D. TRAVGOTT THOMASIVS
HEREDITARIVS IN ABTNAVENDORFF
SENIOR FAC. IVR. LIPS.

INAVGVRATIONEM
IVRIS VTRIVSQUE DOCTORIS
VIRI

PRAECLARISSIMI ET PRAENOBILISSIMI
CAROLI GOTTLOBII ANTONII
LAVBANO LVSATI
DIE III. NOV. MDCCLXXIV.
INDICIT.

De
Iure retinendi pignus in Concurſu Creditorum.

